



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Quæ fraterna charitas sit vitæ Spiritualis perfectio. Cap. xxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Rom. 8.

Rom. 13.

Aug. 7. de  
Trinitat.

Mat. 22.

Cant. 2.

Profer.

Cant. 2.

testamat faceret, iam mandatum dilectionis erga Deum separatum, iam mandatum dilectionis erga proximum suorum, tamquam per se sufficiens ad omnem perfectionem, & sanctitatem exploitum. Nam & Paulus huius magistri spiritu edocetus ait: scimus quoniam diligenteribus Deum, omnia cooperantur in bono. Et iterum: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces; & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Hoc ideo (inquit Augustinus) quia qui proximum diligit, consequens est, ut Deum diligit. Quod si in dilectione proximi, quia diligimus eum, sicut nos ipsos, Dei dilectio comprehenditur, & omnium mandatorum summa concluditur, iā in ipsa simul cum dilectione Dei, omnis vita nostra perfectio consistit. Hoc itaque praesertim: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Non solum praeceptum: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, sed etiam verbū, & suauatio perfectionis est: In quo cūm non dicat Dominus: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum; sed sicut te ipsum, non qualitatem amoris iuberit, quæ etiam à vita perfecta aliena est, cūm eo ipso, quod maiora bona proximi tribuantur, & tenuiori affectu complectantur eo scilicet maior, & perfectiori amore diligunt) sed similitudinem amoris, & charitatis requirit, introducit enim Dominus sanctam animam in cella vinariam hoc est, in spirituale vitam, & ordinat in ea charitatem, dum ordinē & modum diligendi prescribit. Primo quidem diligendus est Deus: Deinde Christus secundum eam naturam, quam nostri gratia induit; postea nos ipsi transirem proximi, & fratres. Et hi, licet non equaliter, quia præferendi sunt sanguine coniunctiores, aut vita puritate meliores, aut donis & muniberis beneficentiores, omnes tamen ad eum modum & his conditionibus diligendi sunt sicut nos ipsi diligimus. In hunc modum Prospere Episcopus, præceptū istud, & intellectu, & expedit. Ille nobis ordo dilectionis seruadus est, iuxta illud quod dicit Spiritus sanctus: Ordinavit in me charitatem; ut sicut ordinata chartas poscit, ut Deum principaliter diligamus, & propter ipsum, & in ipso, ea qua diligenda sunt tantum quantum ipse præcepit, diligamus. Ipse enim præcipit, ut corpora nostra propter nos, & ipsum plus diligere, quam nos debemus: ita sanè ut eis, quos nobis coniunctiores familiaritas facit, si eos fama non reprobat, & vita commendat, nos amplius impediamus, omnium profectus nostros esse credamus, & de aliorum peccatis, tamquam de nostris, misericorditer lugeamus.]

Sed quis hic perfectionis naturam inquirimus, & supremum fraternalis charitatis gradum, qui ad ipsam pertinet perfectionis substantiam, indagamus; considerandum est, in fraterno charitate, sicut & in dilectione erga Deum, & aliquid, quod est præceptum, & aliquid, quod est finis, & consilij, posse signari. Præceptum quidem est ita fratres diligere, ut nullum eis malum, & nullam contumeliam, aut iniuriam inferas, & ut auxilium, & iuamē extrema, aut gravi necessitate laborantibus, conferas; si tu consimili necessitate, aut penuria non labores, & ut corum, aut vitam, aut famam, aut substantiam tuearis, cūm sine æquali, aut gravi damno poteris ab imminentī mali seruare; ad quæ omnes particulares successus, quos Theologici enumerant, non difficile reuocantur. Finis autem præceptū est, si fratrem eadem cura, & sollicitudine ac te ipsum diligas; si non solum præcepta, sed etiam pietatis, & beneficentiae consilia complectaris, si in proximis, nō iam hominem, sed Dei imaginem & Christum ipsum intuearis; si eos verbis, & exēplis ad omnem virtutem, & sanctitatem allicias; si inimicis, &

A hostibus vultum pacatum, iniuria condonationem, verba lenia, specialia beneficia, & pacem (quod in te est) & amicitiam non deneges; Si denique beneficis in fratres collatis, & bonis in ipsis largè profuis, Deum ipsum imiteris. Ad quam dilectionis fraternalis perfectionem exhortatur nos Nazianzenus, dicens: Cura, ut proximo tuo idcirco præstantior sis, quia benignior, sic, ut calamitosus sis Deo, Dei misericordia imitando. Nihil enim tā diuinum homo habet, quā de aliis bene mereti: tametsi ille maiora, hic minora beneficia conferat, verque nimis pro suis viribus. Egenti parum aliquid dato, neque enim parum est ei, qui omnibus rebus caret, imò nec ipsi quidem Deo, si viribus tuis par sit. Summi muneris loco: alacritatem dona; si nihil habes, collachryma. Magnum est infortunato remedium miseratione, ex animo collata, ac sincere condolescere calamitatem magnopere lauat.] Cuius verba, si attentè expendamus, dilectionem, qua nos ipsos prosequimur, delinearam, & ad proximos translata videbimus. Quisque enim nititur sibi ipsi esse instar Dei: Nam Creatoris prouidentiam imitans, in omnibus sibi prouidet: si multum potest, multum sibi tribuit; si parum, illud quidquid sit, sibi ipsi non denegat: In rebus prosperis alacritatem, in aduersis commiserationem sibi libet impendit. Haec eadem simili cura fratribus impendenda sunt, ut ad charitatem fraternalis perfectionem properemus. Quam perfectionem summis labiis delibatam, volumus sub alio principio plenius gustare, & ut tanta res postular, copiosius & vberius exponere.

*Greg. Na  
zian. orat.  
de paupe  
rū amore.*

C

*Quæ fraternalis charitas sit vita spiri  
tualis perfectio.*

### CAPUT XXV.

R A T E R N A E charitatis, quæ perfectionis nomen obtineat, præstantiam; ac nobilitatem exponere, non est ruditatis humana; sed lucis, & sapientiae diuina. Sicut enim Deus est, qui sanctos, & perfectos viros opus huius absolutissima charitatis docet; ita ipse est, qui verba ad eam explicandam, & manifestadam impertit. Sed dicamus nos citius auxilio feci, ciūque immensè benignitati subnixi, si non id quo tam sublimis materia digna est: at id, quod mente concepimus, & ex sanctorum, ac perfectorum vita, & conuersatione didicimus. Perfecta charitas fratrum, est unitas membrorum Christi, qua inter se indissolubiliter copulantur, & capiti suo Redemptori iunguntur. Est fons omnium bonorum, fluius pacis, clypeus anime, dulcedo cordis, indicium humanae naturæ, & mater honorabilis patris familias domum gubernans. Est famæ iustorum bonis plena, numquam extincta, thesaurus infinitus, debitum inexhaustum, & imago pulcherrima perfecti, & sancti amoris, quo nos ipsos diligimus. Hanc unitatem Dominus ipse iamiam iturus ad Patrem, suis membris hac oratione postulabat. Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.] Vobis quidem, non substatia, sed pace, sed charitate, sed imitatione, sed concordia voluntatem. Vi hæc voluntaria vno (ait Cyril) naturalis in Filio, & Patre unitatis imago quedam esse videatur: Ut nullo videlicet modo, nulla vi voluntatis, aut periculi, fangi, debilitative possit, sed conservetur in pietatis, atque sanctificationis unitione charita-

*Iohann. 17.  
Cyril lib.  
II. in loz.  
c. 20.*

Psal. 118.

Basil. 1. de amo  
re Dei.

Rom. 13.

Aug. in  
Psal. 36.

Psal. 10.

ris virtus intemerata.] Hunc fontem largissimum omnes quaramus, à quo profuit māstorum consolatio, ignorantium instructio, vincitorum liberatio, pauperum, & egenorum auxilium, & laborantium aliqua necessitate remedium. Hunc fluum ad bibendum, stiamus, cuius aqua pacem, & concordiam aduehit: Nam pax multa diligentibus Domine legē tuam illam scilicet legem, quae principium, & finis est omnium legum, & omnes leges comprehendit, qualis est lex pacis, & charitatis. Hoc clypeo nos protegamus, quo minuti, nec curabimus malevolorum opprobria, nec audiemus conuictia nec sentiemus iniurias. Hāc dulcedinem appetamus, cuius suauitate omnes labores nobis dulcent, & nihil erit tam amarum atque insipidum, quod sancti amoris sapore nō dulcat. Hoc signo nos homines esse ostēdamus. Nā si (vt inquit Basilius) nihil naturæ nostræ tā est proprium, quām societas adiunxit commercium, mutuūmque in cōmunicando auxilium, & fraterni amoris studiū: quis se hominem existimabit, si humanitatem exuit, & in fratres benignitatem amisit:] Hanc matrem agnoscamus, quā nos parvulos lec̄te minorum operū nutrit, adultos solidiori cibo reficiat, & viros laborum pro fratribus admislorum alimētis sustenter. Hęc famēs, & hęc sitis interiora sanctorum semper cruciat, qui licet multūm pro fratribus laborauerint, & magnos in eis fructus salutis fecerint, numquam tamen satis se illorum gratia laborasse purant. Hie thesaurus illos amplificat, qui dilectionis operibus semper crescunt, & nouis meritis diutias anima numquam perituras, augmentant. Hoc debitum numquam omnino persolunt, memores sententia Apostolice: Ne mini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.] Illudque Augustini ad memoriam reuocantes: Charitas nos debitores semper tenet, illa enim una est, quę & si quotidie semper redditur, semper debetur.] Hęc tandem charitas facit, vt fratres tamquā nos ipsos respiciamus, eisque amorem, tanquā nobisipsiū impēdamus, & cūd ad hanc fuerit altitudinem, dignitatēmque subiecta, non nomen tantum perfecte virtutis, ad supplicationem, & naturam ipsius perfectio- nis acquirit.

Sed quenam dilectio ita se fesse esset, vt prēstet homini diligere proximum, & extraneum, & inimicū, sicut diligit seipsum? Huic quāstionī respondere non possumus, nisi prius explicemus & examinemus quānam diligit seipsum. Nā si quis seipsum diligere ne- seit, & in sui amore fallitur, in sui dilectione decipi- tur, & putans seipsum amare, seipsum odit & perdit, curans amare proximum, sicut seipsum, re vera non illum amat, sed odio habebit, & perdet tamquam seipsum. Vt ergo quis diligit seipsum, primò odio habeat omne peccatum & omnem iniquitatem, necesse est. Si enim amat iniquitatem, & vult eam inesse sibi, prōculdubio nimis odit se, & si amat, non iā crimina, sed peccata leuiora, defectus, & imperfectiones plu- rimas, & vult, ac patitur eas inesse sibi, licet, non tam vehementer, & desperanter, tamen etiam aliquantūlūm odit se. Odiſſe nāmque aliq̄ (vt omnis schola proclamat) est velle malum illi, vt malum illius est; si ergo quis vult sibi magnum malum, scilicet iniquitatem, & graue crimē vt falsum bonum, atque adeo vt verum malum, nō dubium, quin seipsum nimis odit, & si vult sibi minus malum, scilicet vitam tepidam, & imperfectam, & in sterquilino innumerabilium imperfectionum latus iacet, certum est, quia seipsum odio habet. Vnde in psalmo scriptum est. Qui amat iniquitatem, odit animam suam. Illi enim duo amores iniquitatis amor, & suip̄us amor, contrari sunt, simul esse non possunt, quia iniquitatem amans, sibi

A malum amat, & seipsum amans, sibi bonum amat; relinquit itaque, iniquitatis amatorem esse osor ē suis ipsius, seipsum odio habere & in perditionem detruere. Ergo si diligis iniquitatem (inquit Augustinus) audi veritatem, veritatem nō te palpantem, sed aperte tibi dicentem: Odis te. Quātō magis dicas, quia amas te, odis te. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.] Quid dicam de carne, quę pars est vilior hominis? Si anima odit, quomodo carnem diligit? Denique, qui amant iniquitatem, & oderunt, animam suam, omnem turpitudinem exercent de carne sua.] Sed non sufficit, vt quis diligat seipsum, iniquitatem odisse, nisi etiam omne verum bonum sibi velit, & virtutem amerit. Quare ille dicendus est, seipsum diligere, qui peccatis abiecit, & inordinatis affectibus à se, ac vanis desideriis ad peccata incitatis propulsatis, omnem virtutem colit, omne bonorum operum genus exercet, omnem puritatem, ac sanctitatem quaerit, diutinas veras, & solidos honores, scilicet vita æternæ materia, & filiorum Dei dignitatem cōgregat, & temporalia bona, ea solum ratione, qua boni spiritualibus, & salutis, ac perfectioni animæ virtutia sunt, circumspēlē, ac moderatim admittit. Qui ita dicit seipsum diligere, vt vera mala, id est, peccata, & virtus ase arceat, & vera bona nimis virtutis opera, & sanctitatis desideria secesserit, & ea, quę media sunt, vt temporalia & visibilia, quatenus perfectioni subserviunt, & non alia ratione suscipiat, odio habens animam suam, id est, vitam ad mala procluem, vt in vitam æternam custodiat eam: hic securè poterit amare proximum, sicut seipsum, vt dignitatem perfectionis compleat, & ex toto viri perfecti nuncupationem obtineat.

B Amat igitur fratrem sicut seipsum, dilectione scilicet sancta, amore puro, charitate perfecta qui bona dumtaxat, & rationi consona, fratri consentit, & nullum vitium, nullumque peccatum, quantum potest, illi permitit. Qui vellet, & ardenter cupit omnes infideles à misera cætitate abducere, omnes peccatores à forde peccatorum extrahere, & bonos, & iustos, pro gloria Dei, ab omni (si esset possibile) imperfectione, & imbecillitate separare. Id orat, id postulat, id gemitibus & suspiris efflagitat, id iuxta exigentiam sui status, & conditionis procurat, vt omnes homines, peccatis abieciunt, & virtutis profligatis, suo Creatori seruiantur, & viam salutis, & puritatis arripiunt. Qui autem peccatum fratri permitit: qui potens remedium adhibere, dissimulat; qui, vt latius serpat & vehementius conualescat, imprudenter celat; manifeste cōuincit fratrem odio habere, non vero sicut seipsum deligere. Nutrix quippe non diligit lactantem filium, cum permitit illi gladium, quo inscius seipsum percutiat, aut cūd linit in manu eius noxiū cibum, quo aduersam valetudinem incurrit, sed cūd omnino tollit ea, quę sunt documentum allatura, licet parvulus contristetur, & ploret, licet manus seipsum feriat, atque discerat. Sic profecto non diligit fratrem, qui consentit peccatis illius, qui virtus palpat, qui defectus excusat, qui imperfectiones contegit, ne ab spirituali medico videantur, & censura disciplinæ curerit, sed ille diligit, qui mala hęc, aut maiora, aut minora detestatur, & constantissime auertit, qui fratrem conatur à fōuea educere, à laqueo extrahere, & à peccato liberare. Errant ergo, errant, qui putant se in veram amicitiam atque in charitatē fraternā pecare, si Prälato fratris defectus manifestent, nō tamquā iudici, vt puniat, sed tamquā patri, vt emēder, & corrigat. Nam certū est eos non manifestādo, sed celando, & contegendo peccatiū fratris, ne medicamentū Prälatus apponat, in verā charitatem delinquere. Si

Aug. lib.  
de discip.  
Chrīt. c.  
4. tem. 9.

enim

enim caritas est aperire medico morbum, aut plaga corpus fratri depalcentem, ut ei medicinam adhuc beat; cur erit aduersum charitati aperire Prælato animæ vulnus, aut plagam multo periculosorem, quæ non soli fratri aeternam mortem, sed roti congregati dedecus est allatura. Doceat nos Basilius, an hęc alieni peccati manifestatio ad emendationem facta, odium sit fratri, aut potius charitas vera, atque perfecta. Quemadmodum (ait) nullo modo bene meritum illum de nobis diceremus, qui quæ pestifera essent, ea in corpore nobis includeret; sed eum potius, qui cum dolorifero cruciatu, & crux etiam missione, per lancinationem ea in apertum extraheret, quo videlicet, aut quod noxiū esset, per vomitum repellere, atque extunderet à corpore, aut in uniuersum per morbi cognitionem, cuius quoque curandi ratio facilius cognoscetur: Ita nimurum peccatum occultare nihil est aliud, quam agnum sua sponte ad mortem ruenēt impellere, & procliuorem reddere. Hoc igitur aduersus proximū sit primū opus charitatis perfectæ, cū per nosipos, si possumus, à peccato liberare, si minus per alios prudentes viros, & præcipue per Prælatū à morbo animalia exitium afferente, vindicare.

Non tamen satis est hoc, vt quis perfecte diligit proximum aut fratrem suum, nisi amorem quoq; sui ipsius in fratri amore delineat. Quare videādum est, quoniam pax hono seipsum amat, cū se perfecte amat, ut inde dicat amorem suipius quasi ad fratrem trāferre, & illum tamquam seipsum oculis dilectionis respiceret. Qui seipsum amat, non tantum sibi sibi coniungitur voluntatis affectu, sed & bono necessaria sibi amantibus subministrat. Si esurit, aponit sibi cibum, si litit, ministrat sibi portum: si nudus est, tegit se vestimento: si ingloriosus, procurat sibi honorem aut bonum nomen: si infirmus, optat incolumitatem: si lapsus, gratiam. Eodem modo diligatur & proximus internis affectibus: sed hi non sufficiunt, nisi externis donis, & beneficiis confirmetur. Nam si dicas fratibus: Ite in pace, calefacimini, & saturamini non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? ] Opera misericordia, & benignitas externa, tum spiritualia, tum corporalia fratibus exhibenda sunt, ut charitas interna credatur. Si enim fides sine operibus mortua est, charitas sine operibus, inanis & fantastica apparet. Quare iuber Augustinus, & merito, ut in bonis operibus gratuita sit dilectio Dei, & beneficia sit dilectio proximi. Deo enim quod præstems, non habemus, sed quia proximo habemus quod præstems, præstādo indigenti promeremur abūdant. ] Rerum quidem natura ex operibus cognoscuntur. Ignis ex calore; Leo ex rugitu; Homo ex ratione: Natura autem fraternæ charitatis, ex bonorum communicatione, & ex beneficiorum exhibitione dignoscitur. Vbi igitur nullum erogatur bonum, vbi nullum intercedit beneficium; vbi neque sonat verbum suave: nec confiticit vultus pacatus, & tranquillus; quis credit veram, ac perfectam dilectionem latere? Fratres (inquit Ioannes Apostolus) nō diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. ] Opera enim quæ fructus dilectionis sunt, dilectionis qualitatem, & perfectionem ostendunt.

Amator etiam suipius vult, ne quis sibi malum inferat, & ut omnes sibi, quod vtile, & bonū est, præsent. Unde, ut diligit proximum, sicut seipsum, duo verba legis exequatur: Alterū ore Tobia. Alterū ore Salvatoris prolata, illud est. Quod ab alio tibi odes fieri, vide ne tu alteri facias. ] Studiū vero. Quæ vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Non vult quis (verbi gratia) ut suum peccatum manifestetur, & oculis omnium ridēdus exponatur? Ne ipse frattis

Basil. reg.  
46. f. 115v  
disput.

Iacob. 2.

Aug. ser.  
234. de  
tempore.

Ioann. 3.

Tobia. 4.  
Matt. 7.

A casū alii (nisi solo Prælato, aut ei, qui prodeste queat) reuelat, aut sine causa & uilitate manifestet. Nō vult, ut alius de suis defectib; detrahatur: ne ipse de alterius culpis obmurmuret. Locuta est Maria: soror Moysi aduersus fratrem suum, quod vixit ēthiopiam, & ingrati coloris ait perit, nec ducta nobilitatem considerans, nec coniugij mysticam causam aduerteret: sed quæ ingrato colori obloquitur, lepra percuditur. Sic multi, qui modicis fratrum culpis insolenter detrahunt, in magnas iusto Dei iudicio permittēte, labuntur: quia non timent, quod sibi odio habēti fieri, alteri facere, nec reverentur fraterni amoris regulā violare. Quos merito Bernardus charitatis interfectores appellat. Non vixit (inquit) anima mea in concilio detrahēt, quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo: Detractores, Deo odibiles. ] Quam sententia Deus ipse loquens in psalmo, audi quomodo affirmeret: Detrahentem (inquit) fecerūt proximo suo, hunc persequebar. ] Nec mirū, cū id præcipue vitū chatitatē, quæ Deus est, & quidē ceteris acris impugnare, & persequi cognoscatur. Omnis, qui detrahit, primum quidē scriptum prodit vacuum charitatis: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is, cui detrahit, veniat in odium, vel cōtemptū ipsi, apud quos detrahit. Ferit ergo charitatem in omnibus, qui se audiunt, lingua maledicta & quantum in se est necat funditus & extinguit. ] Similiter quod vult quis vt sibi faciat alter, & ipse alter faciat. Vult cū aeger est, ab alio consolari, & visitari, & ipse fratrem morbo affectum consoletur, & inuisat: Vult in ministerio iuuari, & alium adiuuat: Vult cū suis votis non impediri, neque alium à suis votis impediatur: Vult cū irasciūr ab alio tolerari: & ipse fratrem iratum toleret, atque sustineat. Caeuaeātque nō à Domino seruus nequā vocetur, qui cū decem millaralenta, id est, tot tantq; ingēria debita sibi dimissa sciat, non seipsum cogit, vt conseruo suo debitum nullius sere momenti dimittat.

Amor deinde suipius hominē ad hoc inclinat, ut velit ab omnibus adiuuari, & sibi sua errara ab aliis dimitti. Aliorū igitur onera portet, aliorū errata dimittat, ut illud Pauli præceptū actione custodiat: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. ] Nō si lex Christi, & tota vita Christiana perfectione in hoc posta est, ut Deū, tamquam ultimum finē, & fratres nostros, sicut nosipos diligamus; illi se huic regulæ accōmodat, qui adiunīc sua onera portant, & non aliena, sed propria esse putat. Tūc istam legē custodimus, cū ego alterius fratris durū, & intractabili ingenio ferō, & ille meam austrietatem, & animi duritiam sufficiet: Cū ego illius defectus, & miseras suffero, & ille meas infirmitates supportat: cū ego illum in suo ministerio adiuto, & ille in meo vicissim me adiuuat. Quod beati Augustini verbis audire delectat. Hac (inquit) Christi legē dicere intelligitur, quia ipse Dominus præcipit, vt nos in uicem diligamus: tantū in ea sententia præcepti pōdus consti-  
tuens, vt diceret: In hoc cognoscitur, quoniam discipuli mei etsi si vos in uicē diligatis. ] Huius autē dilectionis officium est, in uicē onera nostra portare; sed hoc officium, quod sempiternum non est, perducet sanē ad beatitudinem aeternam, in qua nulla erūt nostra onera, quæ in uicē portare iubeantur. Nunc vero, cū in hac vita, id est, in hac via sumus, onera in uicē nostra portamus, ut ad eam vitam, quæ caret omni onere peruenire possimus. ] Sic doctor sanctissimus, qui & simili ceruorū confirmat ex Plinio mutuato, quod non prætermittimus. Sicut enim cervi, cū fretū trāscendent, se mutuo iuant, & capitū onera uno super aliū caput collocante, in uicē portant, donec ad terrā stabilitatem perueniant: ita debemus mutuo nostras cu-

Num. 12.

Ber. ser.  
24. in cat.

Rom. 1.

Psalm. 100.

Galat. 6.

Ioann. 13.

Aug. lib.  
83. q. 9.  
71.

Plinius  
lib. 8. c.  
32.

ras alij alii committere, & vnius onera & labores in alterius fratri siue collocare, donec ab hio miserari mari liberemur, & in terram viueatium, scilicet in caelestem patriam appellamus. Ibi non erit onus aliquod, quod inticere portemus, sed erit æternum dilectionis præmium quo sine fine perfruemur.

Deut. 25.

Prov. 11.

Deut. 25.

Amor etiam suisplius hominem mouet ut verba & opera sua excusat, verbo scilicet sanè interpretetur, actiones tueatur, & iusto pondere ac mensura metiat. Quare tunc diligit proximum sicut seipsum, cum proximi sermones, & actiones eodem modo respicit, eadem mensura metitur, & eodem pondere expendit, quo expendit sua. Dicitur est enim in Deuteronomio: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, ut longo viua tempore. ] Et rursus apud Salomonem. Pondus magnum & pulsulum, & mensura duplices immundæ sunt apud Deum. ] Ille habet in sacculo diuersa pondera, & in domo modios distinctos, & in corde mēsuras duplices, qui nō eisdem oculis sui & proximi opera respicit, qui diuerso modo suos, & fratri defectus examinat: Qui suos labores laudat, & extollit, alienos autem contemnit: Qui proprios defectus extenuat, proximi verò defectus exaggerat. Abominatur Dominus eum qui facit hæc: & auersatur omnem iniustitiam.] Ille denique amat fratrem sicut seipsum qui propter amorem illum scilicet, quo ordinatè, & secundū rationem seipsum amat, tamquam exemplar sibi proponebit dilectionis fratris; & dilectionem fratris ita tēperat, ut sit imago ordinati amoris sui. Ut enim pītor excellētissimus, qui aliquius facit in tabula cupit exprimere attentissimis oculis eam inspicit, penicillo autem imitatur, quod vider, & eo modo linea menta ducit, vultus particulas pingit, colores superponit, & homini exatē, aut iuuentute viuendam, aut canitatem venerabilem effingit, ut non mortua tabula, sed altera via facies esse videatur: ita proprius amor ratione moderat̄ attētē inspiciendus est, ut fratrum amorem omnino ei similem, tum voluntatis affectu, cum externis operibus exhibeamus. Vide igitur, quomodo te ipsum amas, & sic eniter fratrem diligere. Considera vultum auroris tui, & sic cura, ut sit facies amoris illius. Considera, inquam, cum te ipsum vis ab aliquo defectu corrigerre, quanta suauitate te corrigas, quanta dulcedine reprehendas, quanta lenitatem castigas: quia eadem suauitate, & dulcedine debes corripere fratrem tuum ( si id tibi incumbit) reprehendere, & castigare. Vide cum te ipsum ad aliquod virtutis opus inclinas, quā tenetē cor tuum rationibus moves, quā humaniter consiliis instigas; quā amabiliter exemplis aliorum suades, & eadem humanitate fratri virtutem, & opera perfectionis suade. Aduerte, cum in te ipso defectum non potuisti emendare, aut virtutem acquirere, quo pacto non statim te ipsum contemnis, nec tibi incuriam, & pusillanimitatem exprobras, sed tecum ipse dissimulas patienter te sustines, & in alia occasione commodiorem, aut defectus emendationem, aut virtutis acquisitionem differs. Eodē itaque modo cum fratre te gere, & si non statim exuit saeculi mores, & religionis virtutes induit, & silentio, obedientia, mansuetudine, atque alii huiusmodi te ipsum ornauit, ne illum despicias, ne verbis acrioribus urgas, ne ira excandescas: sed longanimitate vtris illius imbecillitatem sustine, & ex te ipso alterius infirmitatem agnosce. Tu conseruus, sustine illum, quem Dominus sustinet; imitare Deum benignissimum, quire, & illum tanta benignitate toler-

A rauit. Ne sis tamquam illi duri & intractabiles Patriae, qui alligant onera grauia, & importabilia, & impoñunt ea in humeros hominum, dito autem suo nolunt ea mouere. ] Si ita te cum amicis & inimicis, seruata proportione, geras; si illos honore prosequaris; si culpas excuses; si molestias, & infirmitates patiēter feras; si misericordiar operibus adiuvies: si omnium conversionem enixa petas, omnium salutem cupias, omnibus, Dei amicitiam, propter Deum, verbo & exemplo procures; si paratus sis pro charitatis amore graues iniurias patienter sustinere, & mala ab aliis illata tolerare, & pro malis, non mala, sed bonareferre; non dubites te charitatis fraterna sublimitatem acquisiſuisse, & huic perfectionis parti, quæ in fratrum amore consistit, curam deditam nequam denegasse.

B *De primo fructu perfectionis ad proximos relata, qui est, neminem temerarie iudicare.*

## CAP VT XXVI.

**S**i in vita spiritualis perfectio, ut respicit Deum, & nos illi affectibus, & vita puritate coniungit, suos fructus habet, quos superius exposuimus; ita ut respicit proximos, & nos illis, tamquam Christi membris copulat, fructibus suauissimis non caret, quos nunc breuitatis gratia ad tria genera redactos, ut bona arbor ex omnibus suis fructibus perfectè cognoscatur, volumus oculis & gulfui legentium offerte; in qua scitu dignissimi sunt (in medium productis aliquibus Diaboli technis, quæ perfectionem impediunt) aliquantò latius explicare. Hi autem fructus sunt, cogitationes, & opiniones, quas quidam de aliis concipiunt; verba, quæ de factis, sive rebus ad alios pertinentibus proferunt; & opera in eorum usum, atque utilitatem effecta. Qui tres fructus, in Christo quidē quem fraterna charitatis, aut perfectionis ad proximos relata, deinceps magistru proponemus, sunt purissimi & ardētissimi sui amoris insignia, in nobis verò aut sunt effectus seu fructus perfectionis iam habitæ, aut certè sunt auxilia quadam, quib⁹ amorem nondum acquistatum paramus, & gradus, per quos ad fraterna charitatis perfectionem ascendimus. Nam bene (ut decet) de fratribus tentientes, & honorificè loquentes, & beneficis, ac bonis operibus adiuvantes, sensim amatores efficiimur. Quomodo enim non diligamus eum; cuius bonam existimationem habemus, cuius dicta & facta laudamus, & quem noltris donis & obsequiis dignatus sumus? Videamus itaque quo pacto Dominus noster Iesus Christus de hominibus sentiebat, quo pacto de illis loquebatur, quæ opera in eorum usum patrabat, ut ex magistro dilectionis discamus amare, & eum imitantes, & amore sancto imbūtur, & ad perfectionem charitatis fraternalis, quam cupimus, tandem ascendamus.

E Vt autem à primo, scilicet à cogitationibus sumamus exordium: Christus amator noster ardētissimus, in primo aduentu suo non egit personam iudicis, sed suscepit munus defensoris. Licet enim à Parre constitutus sit iudex viorum & mortuorum, nō tamen misit eum in mundum (inquit Ioannes) ut iudicaret mundum. Sed vt saluaret mundus per ipsum, ] Ideo in diebus carnis mortalis sua, non iudicandi munus tractauit, sed pro ut iustitia permittebat, & misericordia postulabat, prouinciam admittendi, &

Ioann. 3.

excusandi